



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

1. Junii. Ad quem finem vocati estis, ad eum infractis animis enitimini, cùm tot ejus causâ vobis à Deo auxilia, & instrumenta suppetant. S. Ignat. apud Bart. l. 4. 328.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

hæret, egenus est maximè, quis enim egenus
tior, quàm sui?

Sine corde sunt ista, quæ amas, non re-
damant. Ibi tuus figatur amor, unde reci-
procum sperare possis, eúmque sincerum
unà, & sempiternum; quem extra Deum
non invenies.

I. Junii.

*Ad quem finem vocati estis, ad eum infra-
ctis animis enitimini, cum tot ejus causâ
vobis à Deo auxilia, & instrumenta sup-
petant. S. Ignat. apud Bart. l. 4. 328.*

Innumeras habet gratias vocatio pedis
sequas, seriem illarum huic Deus alliga-
vit. Ut annulum annulus in catena, sic
gratiam gratia in vocatione excipit. Dum
tamen augentur dona, rationes etiam au-
gentur donorum.

Multis obæratu multum debet. Cave,
ne multitudine obruaris, & ipsa Dei libe-
ralitas te miserum efficiat; quantò ampliùs
accepisti, tantò arctius habes vinculum, es
in are alieno. Vide: quæ solvas.

Sublimis est finis tibi à Deo constitu-
tus, nec minora tamen ei assequendo præ-
sidia; ita hæc ad illum dirigenda, ut magna

sine magno conatu obtineri non posse me-
mineris.

Nec pericula hęc, nec difficultates me-
tue ; & has, & illa gratia vocationis immo-
nuet, tibi que vires addet , ut ubi naufragi-
um pateretur alius, te vocatio seruet in
columem.

2. Junii.

*Quanta illorum paucitas, qui sanguinis pre-
tium ad salutem utantur ? S. Ignatius
ibidem.*

C Adit a finis , est, qui subleuet, & si ca-
dat anima , quis ei levandę manum
admoveat ? sic pretium sanguinis Christi, sic
infiniti valoris merces contemnitur !

Nummus perditus quantã curã quær-
tur, & si gratia Dei pereat, quã rarus ullã
solicitudine tangitur , cujus tamen mini-
mus etiam gradus omnes totius orbis the-
sauros pretio longissimè antecedit.

Christi sanguis in totius orbis pretium
datus est, & tamen (O quã vera, tam la-
chrymabilis cogitatio !) pauci sunt, quibus
prodest ad salutem. Multi vocati ! pauci
electi !

Christi plũs, quã Abel justus, sanguis